



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

Spectacula illegitima & turpia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

ous ensis iſtibus lethiferè impetitus agnita ce-  
lesti vindicta extinctus est.

Exceſſerat è Sodalitate Ingolſtadienſi cau-  
ſa non iuſta vnus, præſto diuina adfuit anim-  
aduerſio, dum iter facit equo excuſſus tam  
gravi caſu alliditur ad terram vt medici non  
minus quam triennij curatione luxatos artus  
in ſuas ſedes reſtitui poſſe affirmarent. Miſer  
ſuo malo doctus contumaciam ſuam repre-  
hendit, ſpondetque quamprimum Sodalitio  
ſeſe redditurum. Voto concepto dolor re-  
mittit, æger breui conualeſcit.

**DEI VINDICTA IN TYRPIA ET  
illicita Spectacula ad euntes.**

Tertull. ait Chriſtianos abſtinere conſue-  
uiſſe à Spectaculis gentilium & quam ſe-  
uerus vindex fuerit Deus in eos qui huiusmo-  
di à maioribus traditam diſciplinam ſoluere  
nitebantur, in commentario quem de Specta-  
culis coſcripſit declarat his verbis: Exéplum  
accidit, domino teſte, eius mulieris quæ thea-  
trum adiit, & inde cum dæmonio redijt. Itaq;  
in exorcismo cū oneraretur immundus Spi-  
ritus quod auſus eſſet fidelè aggredi, conſtan-  
ter & iuſtiſſimè quidem, inquit, feci, in meo  
eam inueni. Conſtat & alij linteum in ſomnis  
oſtenſum eius diei nocte, qua tragœdū audie-  
rat, cum exprobratione nominato tragœdo,  
nec vltra quintum diem eam mulierem in ſæ-  
culo fuiſſe, &c. hæc Tertull.

Saluia

7.  
in annis  
litteris in  
hiſt. Collec-  
gij Ingolſt.  
Clementia  
B. Virg. in  
reſpicienda  
tes.

1.  
in apolog.  
ca: 42.  
cap. 26.



2.  
lib. 7. de  
Prouid.

Saluianus putat vniuersam Galliam, Sardiniam, Siciliam ob hanc spectaculorum turpitudinem & insaniam Barbarorum irruptione castigatam, nobilissimas Germaniæ vrbes Coloniã, Moguntiam, Treuerim crudelissime deletas, Vandalosque communem orbis perniciem in ipsam vsq; Africam penetrare. Circumsonabant, ait, armis muros Cartaginensis populi barbarorum, & Ecclesia Cartaginensis insaniebat in circis, luxuriabatur in theatris, alij foris jugulabantur, alij intus fenebrabantur, pars plebis erat foris captiuam, pars intus captiuam vitiorum.

POENAE SVPERBORVM.

1.  
Sen. in Her-  
cule furen-  
te Act. 2.  
Sc. 3. Scm  
persequi-  
tur super-  
bos vltor à  
tergo  
Deus.

Sejanus qui cum Tiberio iniit Romæ consulatum toto orbe fuit celeberrimus, non solum amplissimas occupauit & assecutus dignitates & administrationes, sed diuictus sentente Tiberio & apud Capream in insulam multo tempore otiante, seipsum pro imperatore Tiberium vero Cæsarem pro insulæ rectorum quodam habuit, eoque existimationis procreatus est, vt ipsi tanquam Deorum alicuius creatura fieri soleret, essetque anno Christi 33 abrogatus consulatus cum prorogatione quinque annorum; in super & in litteris publicis à Senatu Tiberij ita & Seiani nomen inscriberetur, sicut imperator aureo curru in theatrum ueheretur, jurarentque omnes per fortunas eius: Hic, inquam, conuocato Senatu, vni-